

✠ In nomine domini: nostri ihesu christi. tricesimo septimo anno principatus domini paldolfi . . . . . decimo anno principatus domini landolfi filio eius mense ianuario octava *indictione* ego porpora relicta quondam maraldi filia guaifoli et filia quondam . . . . . declaro me abere rebus et substantiis pertinentes michi per illum meum *scriptum* morgincap qui michi a predicto maraldo biro meo secundum lege datum et traditum est quando me sibi in coniugio sociabi uxorem. unde oporteret michi exinde in aliqua titulum donare. Itcirco ego iamnominata porpora. una cum consensu et voluntate petri et senioritti. et indolfi filii et mundoalt mei in quorum mundium me subiacere cognosco per hanc cartulam donabi vobis summi filii agemundi. hoc est una petia de terra mea quem abeo in finibus liburie loco ubi nominatur in campu de quatrapane. et nominatur terra ipsa adbitalla. que abet fines terra ipsa ab uno latere terra turboaldi de predicto loco quatrapane. abet inde in longum passos quadraginta et tres. alio latu tenet in terra de neapolitani. et inde abet passos quadraginta et quinque unu capu tenet in terra predicti turboaldi. et abet inde per trabersum passos. biginti et octo. aliu capu tenet in terra gregorii neapolitani. et inde abet per trabersum passos triginta. ad mensura de passo landoni seniori castaldi est mensuratum. Hec autem petia de terra qualiter superius per finis indicata et mensurata est. una cum arbores et cum omnia ibi intro abentibus subter et super et cum bia sua ibidem intrandi et exiendi. Cuncta et integra ipsa vobis qui supra summi donabi ad possessionem tuam et de tuis heredibus ad abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nel trentesimo settimo anno di principato del signore Paldolfo *glorioso principe* e nel decimo anno di principato del signore Landolfo suo figlio, nel mese di gennaio, ottava *indizione*. Io Porpora, vedova del fu Maraldo, figlia di **guaifoli** e della fu . . . . ., dichiaro di possedere beni e sostanze appartenenti a me tramite quel mio morgincap *scritto* che a me fu dato e consegnato secondo legge dal predetto Maraldo mio marito quando mi associò con sé in matrimonio come moglie per cui è dunque a me possibile donarlo a qualsiasi titolo. Pertanto io già nominata Porpora con il consenso e la volontà di Pietro e **senioritti** e Indolfo figli e mundoaldi miei, nel cui mundio riconosco di sottostare, mediante questo atto ho donato a voi Summo, figlio di Agemundo, un pezzo di terra mia che ho nei confini della **liburie** nel luogo chiamato **in campu de quatrapane** e la stessa terra è detta **adbitalla**. La quale terra ha come confini da un lato la terra di Turboaldo del predetto luogo **quatrapane**, ha di lì in lungo passi quarantatré, l'altro lato tiene nella terra dei **neapolitani** e di lì ha passi quarantacinque, un capo tiene nella terra del predetto Turboaldo e ha di lì di traverso passi ventotto, l'altro capo tiene nella terra di Gregorio **neapolitani** e di lì ha di traverso passi trenta, misurati secondo la misura del passo del gastaldo Landone senior. Inoltre questo pezzo di terra come sopra per confini é stato indicato e misurato, con gli alberi e con tutte le cose che entro vi sono sotto e sopra e con la sua via per entrarvi e uscire, tutto e per intero ho donato a te suddetto Summo in possesso tuo e dei tuoi eredi affinché lo abbiate e possediate e ne facciate pertanto tutto quello che vi piacerà. Onde entro gli anzidetti confini e le predette misure niente

placuerint. unde infra supradictos finis et mensuris. michi nec alii cuilibet exinde nullam reserbabi. Set cunctum et integrum vobis ipsos donabi ad possessionem tuam et de tuis heredibus ad abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis placuerint sicut supra diximus. Ea ratione quatenus amodo et semper tu qui supra summo et tuos heredes firmiter abeatis et possideatis integra supradicta mea donatione. et faciatis exinde omnia que vobis placuerint. Et obligo ego qui supra porpora una cum consensu et bolumtate predictorum petri. et senioritti. et indolfi. filii et mundoalt mei. me et meos heredes vobis qui supra summi et at tuis heredibus integra supradicta mea donatione. defendere et antestare semper ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Et pro supradicta mea donatione confirmandum iustam legem nostram langobardorum launegit (1) exinde suscepi ego qui supra porpora cum consensu et bolumtate predictorum petri. et senioritti et indolfi germani filii et mundoalt mei. a te qui supra summum oc est auri solidos quinque bonos bizanteos. et auri tari boni duo in omni decisione et tali tenore ut si ego aut meos heredes hanc donationem aliquando per quaecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus. aut si non vobis defensaberimus et compleberimus exinde sicut in lege langobardorum scriptum est. de donum et launegilt susceptum. biginti bizanteos solidos pena me et meos heredes vobis vel ad vestris heredibus componere obligo et omnia supradicta vobis percompleamus. et hanc donationis cartula de qualiter continet firma permaneat semper. et taliter ego qui supra porpora una cum consensu et bolumtate predicti filii et mundoalt mei sicut michi congruum fui fecit et ita te. Sichelfrit clericum te notarium. scribere rogavimus. Capua

dunque riservai a me né a chiunque altro ma tutto e per intero ho donato a voi in possesso tuo e dei tuoi eredi affinché lo abbiate e possediate e ne facciate pertanto tutto quello che vi piacerà, come sopra abbiamo detto in quella condizione che da ora e sempre tu anzidetto Summo e i tuoi eredi fermamente abbiate e possediate l'integra predetta mia donazione e ne facciate pertanto tutto quello che vorrete. E prendo obbligo io suddetta Porpora con il consenso e la volontà dei predetti Pietro e **senioritti** e Indolfo, figli e mundoaldi miei, per me e per i miei eredi, di difendere e sostenere sempre da ogni uomo e da ogni parte per voi suddetto Summo e per i tuoi eredi l'integra predetta mia donazione. E per confermare l'anzidetta mia donazione secondo la nostra legge dei Langobardi io anzidetta Porpora con il consenso e la volontà dei predetti Pietro e **senioritti** e Indolfo, fratelli, figli e mundoaldi miei, ho accettato pertanto da te suddetto Summo il launegildo, cioè cinque solidi d'oro di Bisanzio e due buoni tarenì d'oro, in ogni decisione e in tale condizione che se io o i miei eredi cercassimo di modificare o annullare questa donazione in qualsiasi modo con qualsiasi artificio o se non la difendessimo per voi e non adempissimo pertanto come è scritto nella legge dei Langobardi a riguardo del dono e del launegildo accettato, come pena io ed i miei eredi prendiamo obbligo di pagare in ammenda venti solidi di Bisanzio a voi o ai vostri eredi e tutte le cose anzidette per voi completiamo e questo atto di donazione per quanto contiene rimanga fermo per sempre. E in tal modo io anzidetta Porpora, con il consenso e la volontà dei predetti figli e mundoaldi miei, feci come per me fu congruo e così a te Sichelfrido, chierico e notaio, chiedemmo di scrivere. **Capua.**

- ✘ Io giudice Adelmundo.
- ✘ Io Pergolfo.
- ✘ Io Radoaldo.
- ✘ Io Landolfo.

✘ ego adelmundus iudex ✘ ego pergolfus ✘ ego radoaldo ✘ ego landolfo	
---	--

**Note:**

(1) Nomen *Launegit* etsi diversa quidem ratione scriptum, utpote *Launehild*, *Launichild*, *Launehilde* Langobardorum legibus saepissime occurrit, ea significatione usurpatur, ut munus indicaret, quod ad alterum jam acceptum munus retribuendum daretur. Et re quidem vera Langobardorum lege cautum erat, ut si quis donationem acciperat, ne haec irrita evaderet, annulum vel equum, aut aliud id genus munus, donanti in observantiae testimonium concederet (*Legg. Luit. lib. VI. C. XIX.*): nisi quod ab hac lege tum Ecclesiae, tum Nosocomia, caeteraque sacra loca nominatim fuerunt excepta. Hujusmodi vero significatione verbum *Launegit* a nostratibus Scriptoribus adhibetur, sicuti in mediae et infimae latinitatis Glossario ex nonnullis exemplis liquido Cangius demonstravit; quibus quidem exemplis jure meritoque haec accenseri potest membrana, ex qua idem munus vel pecuniam esse potuisse non obscure colligitur.